

70

Q. D. B. V

angeb. 1
III.

THESES
IVRIS CONTROVERSI

IN DOCTRINA

DE

LEGIBVS ET PRIVILEGIIS

PRAESIDE

GEORGIO FRIDERICO

KRAVSI O

I. V. D

IN ACADEMIAE VITEMBERGENSIS

AVDITORIO IVRIDICO


D. VIII APRIL. A. R. G. MDCCLVII

PVBLICE DEFENDENDAS

PROPONIT

IOANN. SALOMO HAVSDORF

HEYNEW. LVSATVS



VITEMBERGAE

LITERIS SCHLOMACHIANIS

THESE
WILL GOETTER
IN DOCTRINA
DE
LEGGITIMIS
P. KARSTEN
GEOORGIO KRISTOPH
K. R. A. V. S. I. O.
IN ACADEMIA
AVSTRIACA
DE VIENNA
P. KARSTEN
LEGGITIMIS
IOHANN. SALOM. HAY
P. KARSTEN



T H E S. I



egis rite constitutae
obseruantia ab acto-
re probanda non est,
tametsi huius fecerit in libello
mentionem.

Dissent. CARPZOVIVS *Decis. Cl.* eumque sequu-
tus est SCHILTERVS *in Exercit. ad Pand. I.*
§. X. Sed uid. WERNHERVS *P. I. Obs. 316.*

T H E S. I I

Lex noua generalis statuta
quoque municipalia priora, non
confirmata a principe, tollit.

Obstat *cap. I. de Constitutionibus in 6to. confer.*
tamen *L. 3. §. 5. D. de Sepulcro Violat.*

T H E S. I I I

Quod princeps legibus a se
latis in foro humano non obli-
getur, expediti iuris est. Sed
saepius etiam ex illis, licet ae-
quissimis, ne in conscientia qui-
dem obstringitur.

Vid. STRVVII *Syntagma Iur. Ciu. Exerc. II. §. 9.*

T H E S. I V

Opinio communis in iudiciis
recepta ordinarie non tam con-
fuetudo, quam potius obser-
uantia est.

Dissentire uidetur STRYCKIUS in *Vsu Pand.*

modern. Lib. I. Tit. III. §. 13.

T H E S. V

Lex nondum promulgata,
ne scientes quidem obligat.

Arg. Nou. LXVI. c. 1. Add. LAVTERBACH.

Colleg. Theoret. Pract. Pandect. Lib. I. Tit. III.

§. 20.

T H E S. V I

Priuilegium etiam personale
locari potest, nisi de alia mente
concedentis constet.

Obst. §. 6. 1. *de iur. nat. gent. et ciuil.* verbis:

*Personam non egreditur; it. L. I. §. 43. D. de
aqua quotid. ibi: neque ad heredem, vel qua-
lemcunque possessorem transit. Sed vid. Illu-
stris A LEYSER Med. ad Pand. Spec. X. de
Priuilegiis, med. 2.*

T H E S. V I I

Praeter realia et personalia
priuilegia existunt etiam mixta.

Vid. BÖHMERI *Introd. in Ius Digest. L. I. Tit.*

IV. §. 7.

T H E S. V I I I

Priuilegium, quod quis pro
se et suis heredibus impetrauit,
pertinet ad omnes, etiam extra-
neos, heredes.

Ita respondit illustris ICtorum Vitembergen-
sium Ordo apud WERNHERVM P. VIII.
obs. 424. Obiiciunt arg. L. 14. C. de *Vsu-*
fructu.

T H E S. I X

Princeps ne gratiosum qui-
dem priuilegium regulariter si-
ne iusta causa solet reuocare.

Arg. L. 10. C. de *reuoc. donat.* dissentit LYDOVICI
in Doctrina Pandectar. L. I. tit. IV. §. XI.

T H E S. X

Vsus alicuius regalis per tem-
pus immemoriale, accurate ad
species praescriptionis refertur.

Dissent. id. LVDOVICI *loc. cit.* §. 10. Confer.
tamen Illustris A LEYSER *Medit. ad Pande-
ctas Spec. CCCCLXI. de praescriptione contra
ius, med. 9. et 10.*



Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!

SLUB DRESDEN



3 1015493

